

CAROLI LINNÉ
SYSTEMA
NATURÆ.
TOM. I. PARS II.

MISSOURI
BOTANICAL
GARDEN.

Pyrene. 86. P. D. alis integerrimis rotundatis flavis: primoribus apice (medio fulvo) nigris; subtus nebuloso maculatis. *Mus. Lud. Ulr.* 241. *

Habitat in China.

Eupippe. 87. P. D. alis integerrimis rotundatis flavescentibus: primoribus apice (medio fulvo) nigris; posticis subtus albis. *M. L. U.* 239. * *Clerck. ic. t. 50. f. 5.*

Gron. zooph. 758.

Pet. gaz. t. 9. f. 10.

Habitat in Asia.

Macula fulva intra nigredinem apicum, nec infra ut in precedente; Alæ posticæ subtus albæ, nec nebulosæ.

Eupheno. 88. P. D. alis integerrimis rotundatis flavis: primoribus apice (medio fulvo) nigris, posticis subtus lituris fuscis.

Habitat in Barbaria.

Simillimus P. Cardamines, paulo minor. Alæ flavis-
sime: Primores supra apice fulvo, cincto nigredine;
subtus apice fulvo non cincto nigredine, sed flavo
communi, cum macula nigra ad basin fulvi. Secun-
dariæ utrinque flavæ; subtus lituris tribus, fusce-
scensibus, obsoletis, curvis, margine exteriore cras-
fioribus.

Glaucip- 89. P. D. alis integerrimis rotundatis albis: primoribus apice (medio fulvo) nigris; posticis subtus cinea-
reis. *Mus. Lud. Ulr.* 240. * *Clerck. ic. t. 35. f. 1.*

Edw. av. 128. t. 128.

Habitat in Asia: China.

Alæ posticæ subtus linea nigra longitudinali.

Encedo- 90. P. D. alis integerrimis rotundatis flavis: primoribus apice (medio albo) nigris, posticis punctis XIX nigris. *Mus. Lud. Ulr.* 244. *

Habitat in Indiis.

Arsalte. 91. P. D. alis integerrimis rotundatis albis: striis marginalibus nigris; primoribus antice basi flavescentibus. *M. L. U.* 246. * *Clerck. ic. t. 23. f. 2.*

Habitat in Indiis.